



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De inspiratione & insufflatione Dei quando facta fuerit animæ, an
incorpore vel extra. B. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

subditur. Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Corpus n. de limo terræ formavit Deus, cui animam inspiravit. Vel secundum aliam literam, flavit vel sufflavit: non quod faucibus sufflaverit, vel manibus corporeis corpus formaverit. Spiritus enim Deus est, nec lineamentis membrorum compositus. Non ergo carnaliter putemus Deum corporis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formavit iubendo, volendo, id est, voluit, & verbo suo iussit, ut ita fieret: & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, id est, substantiam animæ in qua viveret, creavit: non de materia aliqua corporali vel spiritali, sed de nihilo.

Opinio quorundam hæreticorum, qui putaverunt animam esse de substantia Dei.

Putaverunt n. quidam hæretici, Deum, de sua substantia animam creasse, verbis scripture pertinaciter inhærentes quibus dicitur, inspiravit vel insufflavit, &c. Cum fiat, inquit, vel spirat homo, de se flatum emittit: Sic ergo cum dicitur Deus flasse, vel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est, de sua substantia. Qui hoc dicunt, non capiunt tropicam locutionem dictum esse sufflavit, vel flavit, id est, flatum hominis, scilicet animam fecit. Flare enim est flatum facere: & flatum facere, est animam facere. Unde Dominus per Esaiam. Omne flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem Dei. Si enim hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animavit, factus est à Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo.

Quando facta sit anima, an ante corpus, aut in corpore.

Sed Vtrum in corpore, vel extra corpus, etiam inter

Aug. lib. 7. de Gen. ad literam c. 1. in fine.

Genes. 2. b.

B
Ioan. 4. c. Aug. lib. de Gen. ad literam 7. c. 2. in princip. Responso. Ibi ca. 3. ad finem.

Es. ia. 57. d.

C
ter

*Opinio Au-
gust. lib. 7.
cap. 25. ad
principiū.*

*Aug. ca. 27.
li. 7. de Gen.
ad literam
in prin.*

*Ibid. ca. 26.
in princip.*

*Aug. li. de
Gen. ad li-
teram 6. c.
10. ad prin.
Exod. 7. b*

*Exod. li. 6. ca
15. in fine.
causarum.

*Lib. eod. c.
17 ad prin.*

ter doctos scrupulosa quæstio est, Aug. n. super Gē, tradit, animā cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus accessisse: neq; compulsā est incorporari, sed naturaliter illud voluit, i. sic creata fuit, vt vellet, sicut naturale nobis est velle viuere. Male autem velle viuere, non nature, sed voluntatis est peruersæ. Alii vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes verba illa, Inspirauit in faciē eius spiraculum vitæ, i. animā in corpore creauit, quæ totum corpus animaret: faciem tamen specialiter expressit, quia hæc pars sē sibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quicquid de anima primi hominis æstimetur, de aliis certissime sentiēdum est, q̄ in corpore creentur. Creando n. infundit eas De⁹: & infundendo creat. Dicendum est etiam, animā illam non sic esse creatam, vt præscia esset operis futuri iusti vel iniusti.

In qua ætate Deus hominem fecerit.

D.
Solet etiam quæri, vtrum Deus hominem repēte in virili ætate fecerit, aut perficiēdo, & ætates augēdo, sicut nūc format in matris vtero? Aug. super Gen. dicit, q̄ Adam in virili ætate continuo factus est: & hoc secundum superiores, nō inferiores causas, i. secundum voluntarē, & potentiam Dei quam naturę generibus nō alligauit: qualiter & virga Moyſi conuerſa est in draconē. Nec talia cōtra naturā sunt, nisi nobis, quibus alter naturæ cursus innotuit: Deo autē natura est q̄ facit: Non ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat n. in prima creaturarum cōditione, sic hominem posse fieri: sed non ibi erat neceſſe vt sic fieret: hoc n. non erat in cōditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas neceſſitas est. Hoc n. necessario futurum est, q̄ vult & præſcit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt, sed in præſciētia Dei futura non sunt. Si autē
ibi